

Bitur secundum

illam similitudinem intelligendum est qd ait. Et requiescet super eum spiritus doi: Nam ibi quidem aliquanta fuit similitudo. **Hic** autem res est multo amplior. ibi virga insensibilis flores et folia supra nature vsu produccens atq; nucez quere las pau corum rebellium fecit referre. hic virga sensibilis virga. i. virgo sine vterus virginalis florem scilicet iam dictum speciosum regem pariens: superbiam diaboli percussit: superbie culpam de toto genere humano correxit: et iram dei que p inde subuenerat auertit: placatumq; deuz nobis reddidit. Itaq; super hunc florem requiescet ait spiritus domini. i. propi cristum mitigabis omnem iram tuam doie et auertes ab ira indignationis tue. **Nunq** qm; te inquietabit flos iste: **Adis** qp pe est et humilis corde. Et moises quide mitissimus erat super omnes homines q morabantur in terra. **Nu. xij.** **Ued** non ita ut hic non ita semper non ita impassibiliter. **Ueratus** enim et exacerbatus distinxit: et dominum non glorificauit. **Ad** quas contradictionis loquendo: non sicut mitis. et aliter q voluisset audire spiritus domini: quia locutus est verba incredulitatis. **Propterea** dominus ad moisen et aaron non introduceris ait. **Nu. xx.** **populos** istos in terram pro qua iuravi patribus eoz. **Iste** nunq distinxit in la bijs suis: imo cum male tractaret no aperuit os suum: et sicut ovis: sicut agnus id denu se obmutuit. **Ysa. liij.** **Uignus** ergo qui populum introduceret in veraz promissionis terram:

De excelsis et sublimibus illis quomodo ceaderunt quia non receperunt eum super quem requiescet spiritus domini.

Capitulum. xxxj.

Multus e quod

de scripturis admota clarificat lucerna verbi huius propheti ci **Et** requiescet sup eum spiritus domini

sed in eiusmodi diutius immorari presentis non est propositum. **Uerumamen** et proposita similitudo decentius explicet. hoc solum adhuc dicere liber: quia sicut contigit superbis illis contra quos in deserto vt iam dictum est virga floruit et noua et insolita perditione perierunt. ita contigit excelsis et sublimibus illis quorum temporibus egressa est virga de radice yesse: et flos de radice eius ascendit: vt dissimili casu caderent et in interitu suo dissimiles ceteris hominibus quicunq; bello interierunt existente. **Uestatur** hoc iosephus qui miserabile illorum describens excidium dicit de illis. **Singillatim** quidem iniquitates eorum narrare non potero. **Uer** autem breuiter dicam neq; alias ciuitatem vniq; talia perpeffam esse puto: neq; vllam nationem post hominum memoriam malicie ferociore fuisse. **Et** alibi. **Ueniq;** omnium post condita secula res aduersas si cum iudeorum calamitatibus conferant superatum iri non ambigo: et horum auctor nullus externus est. **Erant** maxime quippe isti de parte assur id e diaboli: cuius contra altitudines virga ista ascendit: cum suo flore. i. virgo humilis cum filio suo miti et humili

Incipit liber duo

decimus De sepe dicta muliere ante qua draco stetit: et de singulari nomine beate mulieris id est marie virginis.

Capitulum primum.

Dictum iaz et adhuc dicendum est: quia draco stetit ante mulierem que erat paritura vt cum peperisset filium eius deuoraret. **Hic** iam nomen mulieris duplicem sensum habet. **Anteq** esset beata virgo maria ante inq; et longe prius erat mulier q in sacramento sentimus: id est ecclesia et vtiq; pregnans mulier mente grauida gerens vtroum promissionis

Liber

sicut iam sepe dictum est. **A**t vero propria et uirata si significatione sibi sexum maria mulier extitit quāuis uirgo dicente apostolo. **Ad gal. iij.** **Q**uisit deus filium suum factum ex muliere factus sub lege: **M**ulier hec siue hoc humani generis in diuiduum mulieris illius pars est: quam dicimus ecclesiam id est credentium collectionem uniuersam. **U**bi ergo mulier ista id est uirgo maria peperit totam ecclesiam peperisse quis nescit. **P**ropterea dicimus uniuersi. **Ma. ix.** **P**uer natus est nobis et filius datus est nobis.

Quomodo draco filium eius deuorare uoluerit herode incipiente qui propter eum pueros occidit.

Capitulum. ij.

Quid porro fuisset deuorari filium eius. **M**irum ita mori uel occidi ut periret nomen eius. **A**t illud sexti caput draconis illa bestia terribilis: non sic dentibus magnis: dentibus suis ferreis: ea que circa corpus sunt bonorum siue malorum comedere siue cominare atque conculcare potuit. **I**ta etiam in causa ista suum agitator diabolus satis facere preualuit herodes cuius precedenti libello mentio facta est: qualiter quesierit puerum ad perendum cum quis nescit: et quis non audiuit. **P**lane impius ille romani satelles imperij: nec impietatis crimine uacuus est augustus ipse qui ad suggestionem eiusque herodis tam pronus extitit ut concederet illi quoque pacto regem perdere quem natum audierat tanquam regna hominum rex ille tollere haberet quod ita non erat: crudelitati stulte: crudeli eius stulticie mulier sepe dicta de incolomitate filij sui secura: tam dudum exprobrauit et exprobrare non cessat. **N**on inquietis diripit mortalia qui signa dat celestia. **C**rudelitas herodis romana potestate facti regis tam cito in romanum imperium redundauit. **N**ec enim tot pueros impune occidere potuisset: nisi romane potentie licentiam uel consensum augusti cesaris habuisset. **S**icut cum uoluit inde permissum accepit proprios

Duodecimus

crucidandi ita pretento metu ne fieret sibi met uel ipsi augusto de mutatione regni siue imperij concessionem adeptus est tot pueros occidendi quotquot in bethleem et in omnibus finibus eius per annos duos fuerant nati. **S**uorum quidem erat ut per manus romanorum rex iste occideretur: sed non dum erat illius rei tempus: nec sic faciendum erat ut deuoraret filius masculus id est non ita mori habebat ut patret nomen eius.

Herodes maxime ex illis fuerit qui bus dictum est. **Vos ex parte diaboli estis: et desideria patris uestri uultis facere et que causa desiderium diaboli ad tempus impeditur.**

Capitulum. iij.

Sic herodes regit et sic peragere uoluit ut uere unus uel precipuus filiorum diaboli qualibus ait filius uel masculus iste. **Iohan. viij.** **Vos ex parte diaboli estis: et desideria patris uestri uultis facere. Que uel qualia desideria: queritis ait me interficere. Hoc est desiderium patris uestri. Propter hoc desiderium ille homicida erat ab initio: quia uidelicet ueritatem id est in seipsum odit ab initio: quod odium nunc in me factum mortalem hominem desiderat complere homicidio. Hoc erat desiderium illius quod herodes uolebat tacito facere desiderium patris sui desiderium diaboli. Dicit aliquis. Si pater eius diabolus hoc iam dudum desiderabat cur non statim puerum prodebat. **C**ur cum a magis illud permittebat. **N**unquid nesciebat. **N**unquid spiritus ille non contemtus carne percipere non poterat natum esse hunc regem nisi uenissent homines beloge et fecissent herodi omni que iherosolime turbationem siue metum dicendo. **Mat. ij.** **Ubi est qui natus est rex iudeorum. ad hec inquit plane sciebat: sed non sinebat cum loqui puer ipse qui natus erat. Hoc alium de facile potest probari. Erant inquit euangelista. **Lu. iij.** **D**emonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. **E**t increpans non sinebat ea loqui: quia****

Folium

perfecto pro malo loquebantur scilicet vt inuidiam facerent illi. Igitur et tunc nati illum esse diabolus sciebat: et filium suum herodem hoc scire desiderabat: sed natus infans cum loqui non sinebat. Nam nisi prohiberentur eodem modo quo alibi dixit. Scio quis sis: sanctus dei scilicet per energuminiū dicere potuisset illi dolenti quod esset illulus a magis scio. Ubi sit sanctus dei: siue scio vbi sit rex ille quem queris.

De temptatione quomodo diabolus illum temptauit: et qua intentione temptauerit: et quod ad suggestionem eius virtutes suam dominus ostendere noluerit.

Capitulum. iiii.

ED dicit alius

quis. Si illum sciebat diabolus ad quid instabat experientum querens et dicens. Mat. iiii. Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Quemcumque res ista mouit scire debet: quia fecit: vt temptator id est corruptor. Nam ille est qui semper hac intentione temptat vt corruptat: plane non querat vt cognosceret quasi incognitus: quod autem est corrumpere nisi similes vel conformem facere. Porro quidem autem diu hoc est sed adhuc in deterius peccat dicendo ad vltimum. Mat. vbi s.

Deo omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. An non dicit et apostolus. 1. ad Thessa. ij. De illo quia aduersat et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur. Non expanescat pius ac fidelis animus perpendere quantum sit presumptor diabolus: quia videlicet cognoscendus est ex hominibus qui iudicandus est ab hominibus. An nescitis inquit id est apostolus. 1. Corin. vj. Quia et angelos iudicabimus. Cum igitur dicit ille vt pote temptator id est corruptor. Mat. iiii. Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Perpede quia sibi conformate sibi similem facere deum intendebat il

rcii

le satan. Quomodo pro hoc sibi conformes faceret dicentem: vt lapides illi panes fierent: videlicet quia et qui mendaciter dicit de seipso quod non est: et qui iactanter et pro vana gloria monstrat de seipso quod non est. Ille sunt: testante ipso domino qui reuerse. lxxij. et cum gaudio dicentibus.

Lu. x. Domine etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo quod vtiq; verum erat: statim tam fortiter raris suauiter tetigit eos dicens. Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem: quo videlicet dicto breuiter inuit: quod multi ex ipsis secundum satane similitudinem propter vanitates ceciderunt vel retro abituri essent. Mat. emz. discipulorum eius ait iohannes. 30. vj. Abierunt retro et iam cum illo non ambulant. Porro diabolus mendaciter de se metipso et in celo dixit et in terra nunc vsq; contendit dicere quod non est: scilicet quod sit deus. Dominus autem filius dei erat et est sed vt illi miraculis demonstraret: nulla esset causa nisi iactantia seu vana gloria. Nunquid enim illum diabolus adoraret vt saluus fieret si apud illum se filium dei esse taliter comprobaret. Igitur miranda diaboli presumptio qui non contentus dixisse olim: ero similis altissimo: similem sibi altissimum nisus est facere temptando. De hoc quod in deterius proficiens precipitum suauiter: et deinde sibi quoque illum substernere temptauit: vt se adoraret miretur qui potest et animaduertat: quia vere magnum diaboli iudicium est.

Quam ob causam non solum demonia increpabat: verum etiam amicos discipulos prohibebat dicere quod ipse esset christus.

Capitulum. v.

Nunc ad id redeo quod ceperam: scilicet: quod increpans demonia non sinebat ea loqui quod sciebant videlicet ipsas esse christum. Nunquid vero tantummodo demonia super hac re prohibebat vel increpabat et loqui non sinebat: imo et ad

Liber

cos homines super eadem re prohibebat. **Exempli gratia** Cum interrogasset discipulos suos dicens **Mathei. xvj.** Quem dicunt homines esse filium hominis. Itemque Vos autem quem me esse dicitis. Et ad hoc respondens simon petrus dixisset ei. Tu es christus filius dei viui. Illum quidem beatificauit dicens. Simon bariona quia caro et sanguis non reuelabit tibi: sed pater meus qui est in celis et cetera. Sed et tunc precepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset christus. Quare videlicet: quia futurum erat ut postquam regnum hoc nomen de ipso publice predicaretur nulla mora interficeretur: inimicis iudeis gaudentibus: utpote grandi ratione armatis: foris occasione suffultis: quod essent amici cesaris: interficiendo illum qui se dicendo regem christum contradiceret cesari: quem si non interfecissent non essent amici cesaris. Et ipse non lebat locum dare vel occasionem facere homicidis illis prorsus omnia condidisset instrumenta benedictionis que peruenire debebant ad nos gentes iuxta verbum promissionis ad abraham. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. **Genesis xxij.** Et idcirco morti vel ministris mortis precipiebat ut expectarent. **Exempli gratia:** ut tetrarche herodi. Accesserunt ad eum quadam die quidam phariseorum dicentes. Eri et vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis. ite dicite vulpi illi. Ecce cicio demonia et sanitates proficio hodie et cras et tertia die consumor. Quod erat dicere. Hoc anno et perseque regi regnum dei predico: et in anno tercio per passionem mortis summa gloria summo honore coronabor. Neque enim in potestate vulpis est quando deuoret leonem: non in potestate fraudulenti hominutionis est quando interimat vite et mortis dominatorem. Igitur tanquam sapiens amicis seorsum indicabat: inimicis autem usque ad tempus abscondebatur quod ipse esset christus tanquam sapiens: imo et tanquam ipsa sapientia que dicitur. **1. Thimo. i. xij.** **Causam tuam** traicia cum amico tuo et secretum extraneo ne reuelas ne forte insultet tibi cuius audire

Quoddecimus

rit: et exprobrare non cesset. Item mala aurea in lectis argenteis qui loquitur verbum in tempore suo

Qua intentione iudei nomen istud ex ipso audire voluerint circumbantes cum et dicentes. Si tu es christus dic nobis palam

Capitulum. vij.

S totam percurras euangelij seriem nusquam reperis: quod se in publico christus nominauerit: nusquam inuenis: quod ante statum passionis sue tempus regem se esse dixerit aut dici promiserit. Veruntamen quia veritati testimonium perhibere debebat. Nam ad hoc natus erat: et ad hoc in mundum venerat: ita de hoc nomine tacebat: quod est christus siue unctus. **U** multo maius de semetipso testificaret quam concipere potuissent de nomine illo aduersarij eius. **Exempli gratia.** Aliquando circumdederunt eum iudei: et dicebant ei **Johan. x.** Quousque animam nostram tollis. Si tu es christus dic nobis palam. Non dixit. Ecce palam vobis dico christus ego sum videlicet ne male illorum intentioni concurreret: utpote qui maliciose interrogabant: ut aut christum se esse negaret quod fieri non poterat. Nam ille inquit apostolus **1. Thimo. i. ij.** **S**idelis permanet negare seipsum non potest: aut si proficeretur se christum esse profecto tunc optatum contra illum haberent magne accusationis capitulum: quod se regem dixerit aduersus romanum imperium. Nam si christum utique et regem se esse fateretur. Quid contra hoc egit ipsa sapientia. Nimirum et illorum cauillationem prudenter illudit et plusquam interrogatus esset de semetipso fideliter predicauit. **C**epit pastor loqui de omnibus suis que videlicet nomina romane legiones non multum timebant aut curarent in armis suis. **Locus** quod inquit **Johan. x.** Vobis et non creditis: quod non estis ex omnibus meis. **Q**ues mee vocem meam audiunt. **E**cce quanta

Folium

in verbis humilitas. De quibus romana tunc temporis altitudo non nisi rideat. s; vide in tanta humilitate verborum quanta sit maiestas rerum. Et ego recognosco eas inquit & sequuntur me: & ego vitam eternam do eis. Quam profecto dare non est nisi dei. Sic incipiens & nomen quod maliciose querebatur subtegens sic tandem est elocutus. **Mat. ix. Ego et pater vnum sumus: hoc nimirum plus est quod illud vnde apud romanos accusari potuisset si manifesto nomine christum se esse respondisset.**

Quod ubi tempus aduenit non solum non prohibuit: verum etiam voluit rex predicari occurrentibus turbis & clamantibus Benedictus qui venit rex in nomine domini

Capitulum. vij.

Ubi tempus

Assuit quod poposcerat opus vel ordo nostre salutis precunte tuba magni miraculi videlicet resurrectione lazari mortui iam quadriduas: iasque septennis: nomen istud admisit: nomen regium cum laudibus publice suscepit vide licet occurrentibus turbis cum ramis palmarum que sunt insignia victoris clamantibusque ac dicentibus. **Mat. xxi. Facta benedictus qui venit rex in nomine domini: benedictum quod venit regnum patris nostri dauid o sanna in excelsis: sicut secundum lucam. **Lu. xix. Pax in celo & gloria in excelsis. Quo nimirum dicto pueri consonabant angelis qui qua nocte natum illum secreta reuelatione pastoribus annunciauerunt dicentes. **Luce. v. Quia natus est nobis saluator qui est christus dominus in ciuitate dauid: repente laudauerunt deum & dixerunt. Gloria in excelsis. & in terra pax hominibus bone voluntatis. Hoc catenus publice laudat decrat: quia christum vel regem se in publico non predicabat aut predicari permittebat: sed pueri supplicuerunt: pueri laudem perfererunt. & quidem iniussi: sed diuinitus inspirati rationabiliter permisi:******

rciij

oportune admissi. Unde cum indignaretur principes sacerdotum & scribae: diceretque ad eum. Audis quid isti dicunt. Ipse valde subtiliter respondit dicens. **Mat. xxi. Atque nunquam legistis quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem: Idem enim est ac si diceret. Vos mihi haec tenus importuni fuistis ut si ego super christum palam dicam vobis: ego vero pro tempore & re de laude mea nomen istud distuli. Ecce nunc isti qui vestre scientie comparatione infantes sunt lactantes sunt: regium mihi nomen acclamando laudes perfererunt: prophetiam impleuerunt. Quia quod propter vos inimicos meos ego tacerebam ipsi predicauerunt: dicentibus autem quibusdam ex illis: magister increpa discipulos tuos. Tunc vobis ait. **Lu. xix. quia si hi tacuerint lapides clamabunt: subauditur: quod ego sum rex: quod ego sum christus: dum pro eo quod dicitis. Voluimus hunc regnare super nos: non remanebit lapis super lapidem qui non destruetur.****

Quomodo contra intentionem vel expectationem eorum fecerit quod non super spumantem equum sed super exiguum sedens asellum admittis circa se ramis oliuarum

Capitulum. viij.

Et quidem il

li audito a turbis acclamantibus regis nomine ipso non prohibente gaudebant sibi occasionem quam optauerant oblatam esse ut romane potestati possent istud sedicioso vocibus impingere. **Lu. xxij. Nunc inuenimus subuertentem gentem nostram & prohibentem tributa dari cesari: & dicentem se christum regem esse: & si hunc dimittis non es amicus cesaris: omnis qui se regem facit contradicit cesari. Ille sapiens & prouidus vere quidem rex: sed non sic cesares: accusatione illorum in ipsa turbarum acclamatione valde infirmabat: cesarique & cunctis regibus seculi satisfacie**

o iij

Liber

bat q̄ nullius eorum regnum cupet vel ambiret: nullosq; omnino seculi honores quales erant romanorum fastes magni pender; nec arma ferrea de signa bellica vñq; attricare impenderet. Sedebat enī non super faleratum et spumantem equū sed super exiguum ignobilemq; asellum. Circa illum non gladij: non secures: sed ramipalmarum et oliuarum frondes. Ramum oliue constabat gentilibus quoq; signum pacis esse. Quid ergo in turbis siue pueris spiritus christi regis agebat nisi regem quasi de inuasiōe regni vel imperij romani mendaciter accusatum vel accusandum: factis melius q̄ verbis excusare properabat.

De responso eius ad pilatum. Si de hoc mundo esset regnum meum ministri mei vñq; decertarent vt non traderet iudicis

Capitulum. ix.

Excusauit se verbis quoq; rex mitis et humilis corde: dum etiam pilato vbi ventilabatur accusatio de regio noie quali crimine magno. Regnum meū ait **Johan. xviij.** Non est de hoc mundo. Si de hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vñq; decertarent vt non traderet iudeis. Nunc autem regnum meū non est hic. Poterat eisdem gratie labijs dicere. Si de hoc mundo fuisset regnū meum non asellus super quem sedi nudū uisceribus: sed equus mihi vel currus fuisset adhibitus: et qui me regem acclamauerunt: non ramos oliuarum: sed militarium pretulissent apparatus armorum. Et si minus illi sufficerent rogassem patrem meum: et exhibuisset mihi modo plusquā xij. legiones angelorum. Poterat quidē et illud dicere: quando pauci de quinq; partibus quinq; milia hominum: et illi propter hoc rapere me: et super se regem facere voluerunt non fugissem eos: nisi quod verum est qd regnum meum non est de hoc mundo. Nec inq; et cetera huiusmodi multa innocentie sue argumenta qui nihil cesari volebat nocere pilato respondēs

Duodecimus

demonstrare poterat: nisi qd ille auditum non habebat. et ipse per sapientem quendam fuerat prelocutus ne effundas sermonem vbi non est auditus. Nobis hec scienda referuauit: et nostrum est inclamare aduersarijs eius: etiam defunctis quia non diripit mortalia qui regna dat celestia: et quia volēs eos falli sua malicia fefellit et mentita est iniquitas sibi. dicēdo **Mt. xxij.** Inuenimus cum prohibētem tributa dari cesari. Non enim talem fegem se fecit: neq; ita contradixit cesari imo reddite inquit **Mt. xxij.** Que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo.

Quomodo contra semetipsum fecerit diabolus agendo vt occideretur christus. Et qd per mortem eius fieri oportebat vt iuxta propheticas voces in ipso benedicerentur omnes gentes.

Capitulum. x.

Quid multa: **Quo**lū oportebat: et draco sepe dictus in hoc stabat: hoc inhiabat vt ille moreretur qd putabat esse deuotionem eius. Putabat inq; qd per mortem posset eum deuorare id est consilium vel propositum dei adnihilare. Ut scilicet non fieret quod predictum fuerat. Et ipse erit expectatio gentium: et in ipso benedicentur omnes gentes. qd iam dudū timens dicente illo iudeis **Johan. viij.** queritis me et non inuenietis: et vbi sum ego vos non potestis venire. Loquebat per os illorum ad semetipsos dicentium: **Quo** hic iturus est: quia nō inuenimus eum. Nunquid in dispersionem gentium iturus est docturus gentes. Verum ceciuit psalmista **Psal. c. iij.** Draco iste que formasti ad illudendum ei: et ipse dominus ad beatum job de illo dicit **Job. xl.** Nunquid illudes ei quasi auri. Item ecce spes eius frustrabit eum. Vere illusus ē et frustrata est cum spes eius: quia neq; moriendo christus deuorandus erat aut deuoratus est: imo per mortem eius effectum est: nec nisi per mortem illam fieri

Folium

oportebat ut iret in dispersionem gentium
et doceret gentes. Consideremus sacra-
menta per que in ipso finem promissiones be-
nedicende erant: et benedicuntur omnes
gentes: et in draconem istum ad laudem dei
qui cum ad illudendum formavit mirari
poterimus magnitudinem illusionis: quia
duo aduersari cupit famulari proposito
dei: dum deuorare se putat tale beate mu-
lieris filium valde proficuum consilio ei-
us prestat obsequium

**De morte eius tria salutis nostre sa-
cramenta manauerunt: et que iam illa sa-
cramenta sunt et de sacramento baptisma-
tis.**

Capitulum .xj.

Que ergo et quot sunt
precipua nostre salutis sacramen-
ta. Sacrum baptisma: sancta
corporis eius et sanguinis eucaristia: ge-
minum spiritus sancti datum videlicet al-
terum in remissionem peccatorum: alter
in diuersarum suae multiplicium diuisione-
rum gratiarum. Hec tria sacramenta salu-
tis nostre necessaria sunt instrumenta: at
vero hec: non nisi per mortem et resurre-
ctionem eius condenda erant vel condita
sunt. Primum de baptismi sacramento cre-
dimus et scimus: quia de morte eius ma-
nauit cum putaretur esse deuoratus id est
cum iam esset mortuus. Ad iherosolimam enim inquit
euangelista **Mohan. xix.** Cum venissent
ut viderent eum iam mortuum non fre-
gerunt eius crura: Sed vnus militum la-
teca lateris eius aperuit et continuo exiit san-
guis et aqua. Sanguine illo idem pro aqua
illa sumus abluti tam iudei quam gentes: Et
primo iudei: deinde gentes: imo primo mor-
tui: deinde viui. Mortui namque quicumque
fuerant fideles ab origine mundi quique a
pud inferos expectabant beatam spem.
Primi huius salutis fructum percepe-
runt: et qui velut cathecumini non duo ce-
lesti communicauerant altari id est visioni
diuinitatis. non dum soluto pariete inimi-
citarum **Eramus enim aiunt Ad ephe. ij.**

xciiij

et nos aliquando natura filii ire sicut et
ceteri: sed sicut pannus menstruate omnes
iusticie nostre **Ysa. lxiij.** Tunc illo flu-
mine abluti et emundati intrauerunt in san-
ctuarium eius. Et quia tunc preteritorum
omnium seculorum tota simul ecclesia ba-
ptisata est: positum est sacramentum hoc
quasi ad eiusdem ecclesie foret. ut quicum-
que vult ecclesie deinceps incorporari: ba-
ptisetur in sua persona: quia simul et vni-
uersaliter in morte christi baptisata est ec-
clesia. Sumpta namque aqua et dicto verbo
crucis cum inuocatione spiritus sancti pre-
sens adest sacramentum mortis christi. An-
de apostolus **Ad ro. viij.** Quicumque
baptisati sumus in christo iherosolime: in morte
baptisati sumus etc. Diuina sancte roma-
ne ecclesie contra consuetudinem grecorum
decretatio fuit volentium debere in die e-
phiphanie solenne baptismi celebrare sa-
cramentum. Pro eo quod illa die constat ipsum
dominum a iohanne aquis iordanicis fu-
isse baptisatum. Romana ecclesia mag-
nusque leo scribens e contra demonstrat ra-
tionabiliter iohannis baptismi non ad eam-
dem pertinuisse virtutem: quod non erat
in remissionem peccatorum: sed in penite-
tiam. Baptismum christi a morte ipsius
sumpsisse initium. Vbi sicut iam dictum est
latus eius patefactum est lancea: et exiit
sanguis et aqua: et proinde hoc sacramen-
tum in morte et resurrectione eius esse ce-
lebrandum

**De sacramento corporis et sanguinis
eius propter quam causam nobis necessa-
rium fuerit vel sit.**

Capitulum .xij.

De sacramen-
to corporis et sanguinis domini
certum est: nec assertionem no-
stra indiget: quin passionis vel mortis ei-
us propria quedam et singularis comme-
moratio sit: et quod a passione vel morte ei-
us initium sumpsit vel summere debue-
rit. Conditum autem est hoc sacramentum
o iij

Liber

quantum potuit morti vicinius scilicet cū iam esset ad mortem venditus: & qua nocte tradebatur. Nobis qui viuimus qui residui sumus reseruatū est & missum sacramentum istud in quo sub specie panis & vini latet vilitas mortis & resurrectionis eius. Nam illis qui mortui fuerāt fidelibus miro modo in illa specie qua pendit in cruce factus vel datus est cibus. Ita vt anima eius ad animas illorum in infernum: & corpus eius ad corpora illorum descenderet: effectus tribus diebus & tribus noctibus in corde terre in eodem vete terre quo recepta vel assumpta fuerant corpora illorum. De tanto hoc misterio nunc diutius tractare non est propositum: verumtamen ne omnino relictus sit intactum dicere quippiam liber de causa propter quam nobis sit necessarium. Causa hec erat quia primi homines deo increduli diabolo nimis male creduli fuerunt. Quia cum non viderent nisi potum quantumlibet suauē redolens aut visu pulchrum crederunt in illo esse diuinitatis effectum crederunt diabolo dicenti **Gen. iij.** Nequē ita erit vt deus dixit: Si comederitis mortem moriemini. Sed erit quod dico ego. Si comederitis eritis sicut dij. Contra cibum illum qui cibus fuit mortis dicente ratione namque iusticie dari oportebat cibum alium qui esset cibus vite & simili ordine: vt scilicet inesse illi mens crederet quod oculus non videret: crederet esse cibum & potum veraciter communicando diuinitatis esse effectum carnem & sanguinem christi quod sentire non possunt sensus carnis & sanguinis per hanc fidem sibi deus ab homine satisfactum esse iudicat dum non minus sibi credit quod diabolo crederat

De primo dato spiritus sancti in remissionem peccatorum. Et de dato quod est in diuisiones gratiarum.

Capitulum. xiiij.

Datum spiritus sancti primum in remissio-

Quoddecimus

nem peccatorum: nos omnes credentes accipere vel accepisse per mortem vel sanguinem eius quis nescit. Idcirco qua die resurrexit a mortuis: cum esset sero die illa stans in medio discipulorum insulauit & dixit eis. Pax vobis. Accipite spiritum sanctum. Statimque subiunxit **Johan. xx.** Quorum remisistis peccata remittuntur eis. Porro secundum eiusdem spiritus sancti datum in diuisiones gratiarum: quarum apostolus meminit scribens ad corinthios **1. Corin. xij.** Alij per spiritum datur sermo sciencie &c. Sic quinquagesimo acceperunt: & eius modi dona sunt. De quibus scriptum est. **Ad eph. iij.** Ascendens in altum captiuam duxit captiuitates: debet dona hominibus. Quare potiora sunt hec quod ipse posuit quosdam apostolos: alios autem prophetas: alios vero euangelistas: alios pastores & doctores. Iste sunt consolaciones paracliti propter quas abire volens dicebat illis **Johan. xvi.** Sed quia hec locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum: sed ego veritatem dico vobis. Expe- dit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero mittam cum ad vos. Quod dicit si abiero recte quidem intelligitur. Ac si dicat. Si in celum ascendero: si meam corporalem presentiam vobis abstulero. Verumtamen quia non de ascensu eius tristari: imo gaudio magno gaudere habebant. Sicut lucas meminit dicens **Luce. vlti.** Et ipsi adorantes reuersi sunt in iherusalem cum gaudio magno. De passione vero tristes fuerunt. Nam quia hec locutus sum vobis ait tristitia impleuit cor vestrum. Nihilominus recte intelligitur illud abire de passione vel morte sua dixisse. Nam & euangelista ita vult dicens **Johan. xiiij.** Ante diem festum pasce sciens ihesus quia venit hora eius: vt transeat de hoc mundo ad patrem. Non enim tunc primum ex hoc mundo transiit. Imo iam tunc quando mortuus resurgens cum hominibus conuersari laboratque mundanos pati desijt.

Folium

Quoniam ista sacramenta dyabolus nescierit et homines impij non cognouerunt. Si enim cognouissent nunquam dominum glorie crucifixissent. **1. ad Corinth. ij.**

Capitulum. xiiij.

Ecce tria fieri

Hoponebat. et propter hec mors eius gentibus erat necessaria quia iste sunt benedictiones quibus in isto semine quod est christus erant benedicende omnes gentes. **Hec ille draco magnus nesciebat qui filium vel masculum illum per mortem deuorare se posse sperabat. Nesciebat inquam ille. nesciebant hi quibus presidebat ille de quibus vel qualibus sapientia dixit. **Sapi. ij.** **Hec cogitauerunt et errauerunt. excitauit enim eos malicia ipsorum. et nescierunt sacramenta dei. Et apostolus ait. Si enim cognouissent. sub audiuisset sapientiam que ex deo est quam et loquimur inter perfectos nunquam dominum glorie crucifixissent. Omnino verum est quia si cognouissent leuiathan siue cetus magnus qui in mari est. hamum sub carne lamuisse ferrum nunquam carne ipsam mordisset qua tegebatur ferrum. Sciebat quidem ipsum esse christum filium dei: et ob salutem uenisse generis humani. sed nesciebat ferrum et absconditum a seculis sapientie dei consilium quod de morte unius renasci deberet uita omnium. suum ipse sciebat consilium: sed seculis omnibus sic erat absconditum: adeoque inopinabile mentibus hominum ut ipsi apostoli cum secreto loqueretur ad eos de his nihil horum intelligerent. sicut sacra plerisque locis euangelia perhibent. quia uidelicet nec dum erat tempus illis hec intelligendi priusquam glorificaretur ipse gloria resurrectionis.****

Quibus septem draco aduersus illum per homines impios consurrexit. et septima persecutione se comprehendi per miserit.

Capitulum. xv.

Quis porro intelligit. quod ultimo affectu sentit

rcv

quod si fuerit in mente habitus filius huius masculi ex quo sepe dicta mulier eum peperit. totiens hyante illo dracone ut cum posset deuorare id est hominibus impijs carne eius occidentibus nomen eius deletere. Nam si rite numeres septies ore paulo huius septem rictus immanes aperuit et in ceteris frustratus: septimo tandem rictu carne comprehendit: sed malo suo. quia sicut iam dictum est. ferrum in carne permolestum scissit. **Primus namque draco huius hiatus fuit ubi fuit **Abraham. xviij.** **Mox nati pueri animam sicut iam superius dictum est. functus herodes quesuit et propter eum infantes occidit. Secundus fuit ubi fuit **Lucam. iij.** cum uenisset nazareth ubi erat nutritus: et doceret in synagoga surrexerunt et eiecerunt illum extra ciuitatem: et duxerunt usque ad supercilium montis supra quem ciuitas illorum erat edificata ut precipiant eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. **Tercius fuit ubi fuit **Job. vi.** **Fugit a facie iudeorum irridendum cum diceret. Nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam eternam. Nam reuera hec dicendo fugit et abscondit se ab illis ubi titulum tricesimicij psalmi qui inscribitur sic. **Psalmus dauid cum commutauit uultum suum coram abymelech et dimisit eum et abiit et tympanabat ad ostia porte ciuitatis: et defluebant saliuam in barbam et ferebatur in manibus suis. abymelech ipse est qui supra dicitur achis. Interpretatur autem abymelech patris mei regnum. Achis uero quomodo est. Significat ergo iudeos quos recte christus prius appellauerit patris sui regnum quod signat abymelech. Nunc autem achis ex quo dixerunt. quomodo est. quomodo esse potest. In quo coram istis commutauit uultum suum In eo uidelicet quod ueteris sacrificij ritum conuertit in nouum In eo quoque saliuam defluerunt illi in barbam quod cum diceret. Nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius etc. infantilia uidebatur eis uerba profert. Infantium est enim saliuam emittere.**********

Libert

Tunc quoq; tympanizabat ad portā ciuitatis quando inuitis et audire nolentibus misterū predicabat sue passionis: futurū esse sciens qd credendo aperirēt aliqui. se rebatur etiam in manibus suis videlicet cum tenens in manibus suis panem et vinum. **Accipite inquit** **Matth. xxvj** et comedite hoc est corpus meum. **Hic est sanguis meus noui testamēti etc.** attamē sūm bebraicam veritatez nunc legimus et collabebatur in manibus eorū. Quarta fuit persecutio quando miserūt principes et pharisei ministros vt apprehenderent eum. qui reuersi cum diceretur **Mobā. vij** **Quis** quare non adduxistis eum. respondērunt. **Nuncj sic locutus est homo sicut hic homo loquit.** At illi in intendēde persistentes adduxerunt mulierem in adueterio deprehensaz tēptantes vt possent accusare euz. Quinta persecutio fuit vbi cum dixisset **Moban. viij** Amen amē dico vobis anteq; abraha fieret ego sum tulerunt lapides vt iacerent in eū. Sexta vbi cū dixisset **Moban. x** Ego et pater unum sumus. sustulerunt lapides vt lapidarent eum. Septima que et vltima vbi collegerunt aduersus eum cōcilium. nec desisterunt donec crucifigerent eum. **Moban. xj**

De versiculo huius psalmi quadragiesimi. Beatus qui intelligit super egenū et pauperem. et de eo qd ipse dicit. Et sustinui qui simul contristatus et non fuit **Lapitulum. xvj.**

Quis inquit in tam diuina colluctatione mortis spiritum eius mitem et humilem intelligit. **Beatus inquit psalmista qui intelligit super egenum et pauperem quem iuxta psalmi alterius versiculū persequabatur in iuda. persequabatur in iudaico populo draco ille hominē inopem et mendicum et compunctum corde mortificare** **Psal. cvij** **Mos** penē indociles aut nimium tardi ad discendum ab ipso dicente **Matth. xj** **Et** discite a me quia mitis sum et humilis corde. sup

Duodecimus

eum pauperem. super eum mitem et humilem pro nobis dolentem. propter nos vulneratum longe minus intelligimus qd oportet intelligere. **Ecce inquit ppheta. Ysa. lvij** **Quomodo** moritur iustus et nemo percipit corde. **Ipse quoq; in psalmo dicit. Et sustinui qui simul contristatus et non fuit. Sed** nunquid vel beata maria cum staret iuxta crucē eius vidēs quomodo moreretur non percipit corde: et non simul contristata: imo multum percipit corde multuz contristata est. et sicut predixerat symeon. **Stabius** pertransiuit animaz eius. **Discipulus quoq; dilectus non sine perceptione cordis: non sine tristitia vidit quando moreret. ceteri quoq; discipuli q; uis relicto eo omnes fugerunt non nihil suere simul contristati: imo tristitia cor eorum impleuit. Ergo non** sūm rationis iudicium: sed sūm doloris vim qui interdum rationem non admittit dictum est. et nemo percipit corde: et qui contristatur non fuit. et competenter sic dicit esse animaduertis vbi ad tantaz insuliantium atq; irridendum multitudinem qui condoluerunt pre paucitate nullius suere quantitatē aut numeri. verum quia alibi dicit **Ysaic. lxij** **Circumspexi** et non erat auxiliator. **quēsi** et non fuit qui adiunaret et saluauit mibi brachium meum et indignatio mea ipsa auxiliata est mibi: et non est conuestio similis: sed demonstratio verissime rei: quia nullus omnino etiam si voluisset quis potuit cum adiuuare siue auxiliari in prelio siue cōgressu cuiusmodi vbi veniebat princeps mundi: peccator antiquus: et prepositus mortis. **Nec enim quisq; qui de illo dicere posset et in me non habet quicq; nō erat preter eum quisq; in quo cū innocētia humane esset etiaz diuine brachium et indignatio id est zelus vel fortitudo nature.**

Quas habens voluntates sic duas operationes alteram diuinitatis: alteram humanitatis morte pro humana voluntate expauerit.

Lapitulum. xvij.

Folium

Quid ergo: nū

Quid auxiliatorem circumspiciendo ita vel tali intentione querebat ut non moreretur qui ad hoc ipsum venerat ut moreretur. utique sicut erat deus et homo: sic et duas voluntates alteram diuinitatis: alteram humanitatis habebat sub ipso passionis articulo. Humanitas quippe gustu mortis naturaliter pauebat et fugiebat. et naturali corporis amore anima tenebatur et in carne manere volebat. Porro diuinitas rationali iudicio aliud intendebat scilicet quod ad salutem generis humani necessarium erat: et eius nature voluntatem sue voluntati humanitas prefererebat. dum in oratione sua premissio **Matth. xxvj** **U**bi pater si possibile est transeat a me calix iste: continuo subiunxit **Veruntamen non sicut ego volo: sed sicut tu. siue ita** **Lu. xxij** **U**eruntamen non mea voluntas: sed tua fiat. Itaque non sine diuinitatis ratione circumspiciebat querens auxiliantes: sed sine naturali sensum carius volebat hoc ipsum quod et sancti homines mallent dicentes cum apostolo **ij. ad Corinth. v** **N**on enim volumus exproliari sed super vestiri ut absorbeat id quod mortale est a vita. Nunquid vero solum modo circumspexi et circumspiciens adiuuantes quesuit. imo et voce magna clamauit **Matth. xxvij** **M**ely hely lamafabathani. hoc est deus meus deus meus ut quid dereliquisti me. Hoc nimirum ita recte intelligitur. ac si diceret. **H**abitanans in me omnis plenitudo diuinitatis corporaliter cur te intus contines: cur me moriente siles. paulo ante: ubi venerunt qui me comprehenderunt vna breuiter emisisti vocem dicendo **Joban. xviij** **Q**uem queritis ego sum: statimque abiit retro sum et ceciderunt in terram. **P**ro quoque multitudinem ingentem radiando ex istis oculis qui nunc in morte caligant terruisti et quod infinitum facere non potuisset exercitus cum vno flagello facto de resticulo: de templo eiecisti memorando illis hoc propheticum. **D**omus mea domus orationis vocabitur. vos autem fecistis illam speluncam

xcvi

larronum **Matth. xxj** **E**t quid o rami potens: tam foris diuinitas verbi me tua carnem dereliquisti: intus te contines tamquam gladius qui de vagina sua nolit egredi.

De eo quod scriptum est in iob. Apud ipsum est sapientia et fortitudo. quodque vnus et idem dicitur agnus et dicitur leo.

Capitulum. xvij.

Hic oportune

occurrit. quia scriptum est. **Job. xij** **A**pus ipsum est sapientia et fortitudo. Item apud ipsum est fortitudo et sapientia. Dicamus ergo et illud: quia ipse est agnus: ipse est leo: et omnia tempus habet. sic et horum scilicet agni et leonis significata sua debere habere tempora. Tempus fuit quo ut sapiens patientiam teneret agni. tempus fuit ut fortis emitteret rugum leonis. dum se intus adhuc fortitudo contineret: non fuit omnino derelictus. nam sapientia quasi derelictum consolata est. Quid enim circa se ageretur non ignorabat. propterea non solum discipulos suos repimebat percutientes et dicentes **Luc. xxiij** **D**omine ecce gladij duo hic. verum etiam occurrebar aduersariis: et dimittebat se comprehendi: neque dedignabatur dominus angelorum ab angeli confortari in agonia facis: et sudando guttas emittens sanguis in terram decurreret: et permittebat faciem suam a colaphizantibus velari: nec reiciebat calamum sibi ab illudentibus quasi pro sceptro in manu datum: neque clamidem cocineam sibi circumdatam: neque coronam spineam suo capiti impositam: neque romanos milites auersabatur sibi genua flectentes et cum sellico risu se regem iudeorum salutantes siue adorantes. **C**uncta namque hec ludicra crudelia videntia sibi esse sciebat in seria iocunda atque dulcia.

De eo quod ait petro. Conuertere gladium tuum in locum suum. et quod dicentibus. Ecce gladij duo hic. Satis est inquit. Itemque dicitur etiam hic.

Capitulum. xix.

Liber

Non possumus

Non possumus fastidium legentium vitantes horum ceterorumque omnium et ipsius carnis quas proposita sibi salute ut ait apostolus. Sustinuit confusionem contempra presenti loco compingere sicut a sanctis patribus expositae sunt rationes ad comprobandum quod in omnibus his magna sit laus sapientie que apud ipsum est. Unum est quod licet iam loco alio breuiter commemoratum sit hic preterire non libet quam rationes habeat quod petro eximentis gladium suum et percussit. **Conuertere ait Math. xxvij. Gladium tuum in locum suum: sicut quod dicentibus. Domine ecce gladij duo hic. Satis est inquit. et iuxta alium euangelistam. Luc. xxij. Sinite usque huc. Multum enim ad nostri tenore propositi pertinet scire vel dicere: que sentum habeat quod tali in tempore tanta in re duos solummodo gladios demonstrantibus satis est inquit. denique hoc non idem est. ac si diceret. **Di duo gladij sufficiunt nobis utamur illis. repugnat valde quod unus ex illis e ductum in vaginam recondi iussit et sinit usque huc dixit. profecto hec duo dicta. Conuertere gladium tuum in locum suum. et sinit usque huc: sunt intentionem dicentis: equipollentiam esse sentimus. et proinde nunc sufficere arbitramur si cause reddantur cur vel quid respiciens digne dicere debuerit satis est. et quid intendens aut volens dixerit. sinit usque huc. Quid ergo erat duos gladios ad defensionem sui demonstrantibus dicere. satis est: nisi ac si diceret antequam ego venirem qui promissus fueram: gladius opus erat ad defendendam gentem de qua sola me nasci oportebat. ne gente illa deleretur: sicut dyabolus volebat. non fieret salus que nunc ex iudeis est. quia verbum promissionis impletum est. Satis est. satis laborauerunt et gladij vsi sunt materialibus qui ante vos extiterunt. Sinite iam id est conuercite gladium in vaginam. usque huc: subauditur gladius huiusmodi necessarius erat ut militaret regno dei donec veniret iam quia venit iam: quia intra vos est. gladij****

Duodecimus

comutandi sunt. Ex hoc iam ciuibus vel militibus regni dei: gladius sit verbum dei quia de huiusmodi gladio dicebas vobis nunc: et qui non habet vendat tunicam suam et emat gladium id est exuat se impedimentis et facultatibus seculi ut vacare possit ad verbum dei discendum siue docendum.

De canticis. Egredimini et videte filie syon regem salomone in dyademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius: et in die leticie cordis eius.

Capitulum. xx.

Quid multis moroz. Egredimini dicit spiritus sanctus. **Canti. iij. Egredimini et videte filie syon regem salomone in dyademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius: et in die leticie cordis eius. Videte regem sapientem regem fortem: et experimento discite quod vera sit sententia quam supra memorauimus de illo: quoniam apud ipsum est sapientia et fortitudo. Conamur sapientiam predicare in eo patiente et moriente. et deinde de fortitudine aliquid dicere: sed sermo deficit. res autem diligentius contemplant animo magis ac magis supercrescit et effulgescit. videte hunc regem coronatum videte in manu eius sceptrum. videte vestem purpuream. videte salutantes. videte romanos adorantes. Nolite hoc solum videre in corona eius quod spinica sit. videte in spinis illis illam cuius preparatorie spine sunt. coronam glorie et honoris sicut cecinit **Psal. viij. Dimisti eum paulo minus ab angelis gloria et honore coronasti eum. Videte non solum calamum pro sceptro datum: sed videte rem veram cuius illud est presagium scilicet summum celi et terre imperium: quia cum calamo illo propter calamum illum die ipsa data est illi omnis potestas in celo et in terra. **Math. vlti. Videte non solum purpuram illam manufacta irrisorie circumposita: sed in purpura illa meditari purpuram ecclesiarum******

Folium

sanguine illius emundatas: sanguines sui pro illo fufuram. Et in illis romane potestatis militibus cum risu genua flectentibus: cum risu vel ioco adorantibus. **Ad** dete quid pretendat et illius tacentis cogitatus sonet in vestri cordis auribus. velut si dicat. **Quo** ego quia mihi curvabitur romani imperij genu. et consistebitur lingua hebraica lingua greca lingua latina me regem esse iudeorum: imo regem regum et dominum dominantium. nec erit irritum quouscumque yronia: quis cum hostili irrisione scripseritis. **Iohan. xix. Iesus nazarenus rex iudeorum:** id est saluator sanctus rex omnium deo consentium. tale videntes regem salomones: scitote illum fuisse diem desponsationis illius: et diem leticie cordis eius. desponsationis quidem eius: quod sibi ecclesiam per suum sanguinem desponsavit. desponsationis multum differentis a desponsationibus carnis sue huius seculi: quoniam ille a voluptate incipiunt: et in dolore desinunt. **Ista** autem desponsatio incepit a dolore. ut diceret **Mat. xxvii. Deus meus deus meus** et quid dereliquisti me: et perficetur in eterna voluptate et leticia cordis eius qua post dolorem inundante repletus dixit **Iohan. xix. Consumatum est.**

Quid videndum sit in agonia eius: in sudore eius qui eo prolixius orante factus est sicut gutte sanguinis decurrens in terram.

Capitulum. xxj.

Quid porro videbitis in agonia eius: in sudore eius qui eo prolixius orante factus est sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. quid in tanto miraculo videbitis. non enim tantum habet miraculi quod de vulneribus eius sanguis effluxit. quia solutus est: naturale est vulnerata carne sanguinem fluere hoc in solitum est supra naturam est integra carne sana cute sanguinem pro sudore de toto corpore in terram decurrere. **Miraculum** rei magis attentos facere vos debet ut videatis quid nam sit. **Quid** ergo est nisi

xcviij

vehemens iudaice perfidie accusatio: nisi terribilis damnatio populi parricide. **Accel**listis inquit apostolus ad **Hebr. xij** ad mediatores ihesum et sanguinis asperfusionem melius loquentem quam abel. **Quid** fecisti aut dominus ad caym **Genes. iij** Vox sanguis fratris tui abel clamat ad me de terra. **Nunc** igitur maledictus eris super terram que aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua vagus et profugus eris super terram. quod illi caym pro illo abel dixit. non diceret idem deus iudeis pro filio suo videns eius sanguinem agonizantis: et in agonia prolixius orantis: sanguinem melius clamantem: melius loquentem quam abel. sicut apostolus dixit. **Vere** igitur tantum miraculum sudoris non ociosum fuit. quia contra infelices et impios homicidas iudeos in presagium iudicij terribilis et vindicte horribilis in terram decurrat.

De fortitudine que apud ipsum est iuxta illud **Abacuc. Cornua** in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius.

Capitulum. xxij.

In omnibus his suis sapientia que apud ipsum est manifeste gessit officium: latente et non tamen ociosa et se continente intus fortitudine que similiter apud ipsum est sicut predictum fuerat in **Abacuc. Cornua** in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. cornua que erat in manibus eius brachia crucis intelligimus quibus confixe erant manus eius. **Quomodo** ibi erat abscondita fortitudo eius videlicet ubi nulla putabatur esse fortitudo eius. denique hominis fortitudo maxime pollet in brachiis et manibus eius. at ille confixus in cruce pendebat manibus. **Videbatur** ergo quod nulla esset fortitudo eius: sed nonnulla erat imo magna erat iamque abscondite operabatur. **Jam** draconis cum deuorare se putantis dentes inuisibiles inuisibiliter confringebantur: et gutturis eius baratrum quasi homo ferreo strangulabatur. operationis huiusmodi signa quedam visibilia stant

Liber

claruerunt et nos. deus auribus nostris
audiuimus. Nam illo emittente spiritum
Matth. vii. **E**cce velum templi scissus
est in duas partes a summo vsq; deorsum:
et terra mota est: et petre scisse sunt: et mo-
numenta aperta sunt: et multa corpora san-
ctorum qui dormierant surrexerunt: et ex-
euntes de monumentis. non quidem ante
sed post resurrectionem eius venerunt in
ciuitatem sanctam et apparuerunt multis.
Verba deficiunt cum de fortitudine verbi
loqui cupimus. de fortitudine verbi quod
erat et est illo spiritu siue anima qua mor-
tiens emisit christus ihesus. **C**ur autem
verba deficiunt: nisi quia non sentimus: no-
sentire meremur quod validum. quomodo va-
lidum sit illud verbum. imo et si aliqui san-
ctorum verbi illius in precordiis suis sen-
sere contactum quibus verbis enarrare po-
tuerunt. **H**oc igitur nunc tantum dictum
sit. quia tunc pro re verbum validum: verbum
deus infremuit in spiritu vel anima egre-
diente de corpore ihesu. et infernus intre-
muit veniente illo spiritu: veniente cum verbo
sibi unito anima ihesu cuius videlicet verbi
fortitudinem sustinere non potest. nisi qui
eius habet amorem. **N**am hinc est quod
Psalmista dicit. **S**icut cera fluit a facie
ignis sic pereant peccatores a facie dei

U De eo quod iacob patriarcha predixit.
Catulus leonis iuda ad predam fili mi a-
scendisti.

Capitulum. xxiiij

H **V**iciat super
hac re sermonem nostrum: ser-
monem inualidum propheticum
patriarche iacob preconium. **G**enesis. xlix.
catulus leonis iuda inquit ad predam fili mi
ascendisti: requiescens accubuiisti vt leo: et
quasi leena. **Q**uis suscitabit eum iuda. quod
interpretatur confessio christus ihesus est
confessionis nostre princeps ortus de tribu
iuda. **I**ste est catulus leonis id est filius
dei fortissimi. agnus fuerat catenus: et sic
ouis ad occisionem ductus: sed ubi consu-
matum est quicquid secundum similitudinem agni
aut ovis cum pati oportebat statim infre-

Duodecimus

mit idem catulus leonis. **N**am ad predam
fili mi ascendisti ad predandum infernum
maluisti. **P**rimum expolium quod iste
depredator: mortis inferno abstulit. latro
ille fuit qui cum ad ipsas iam appropin-
quaret fauces inferni vna breui confessione
retentus ab illo audiuit. **L**uc. xxiiij. **A**-
men dico tibi hodie mecum eris in paradiso
quantum proximum ad predam sic incipiendo
ascendit. **Q**uis preter illum potuisset edu-
cere de inferno tot electorum milia iuxta
illud. **S**acharie prophete. ix. **T**u quoque
in sanguine testamenti tui emisisti victores
tuos de lacu in quo non est aqua. **D**esi-
derabilis preda reddens vite quos abstu-
lit morti. reddens celo quos eripuit infer-
no. hoc non in incerto sciens futurum. ego
inquit. **M**atth. xij. **S**i exaltatus fuero
a terra omnia traham ad meipsum. cum
dicit omnia subintelligimus electa siue om-
nem potestatem in celo et in terra. **N**am
propter passionem mortis gloria et honore
coronatus. propter patibulum crucis iudex
viuorum et mortuorum est constitutus: et
omnia subiecta sunt sub pedibus eius. et
qui adhuc rebellant inimici eius sine du-
bio sentient actu quod iam potestate sunt sub
pedibus eius: vnde apostolus. **C**um po-
suisset hoc psalmi testimonium futurum
ait. de quo loquimur. **N**unc autem nec dum
videmus omnia subiecta ei.

Sicut requiescens accubuiisti vt leo et
quasi leena quod necessarium fuerit vt mor-
tuus non careret sepultura.

Capitulum. xxiiij.

R **E**quie scens
inquit accubuiisti vt leo et quasi
leena. **C**onsummato negotio
mortis vt dicto consummatum est spiritum
emisisti. requieuiisti a laboribus tuis. re-
quieuiisti cum preda quam cepisti ex in-
fernis. latronem quoque pie confessum ha-
bens tecum in deliciis paradisi. **I**bi iam
spiritu requiescente. **C**aro quoque in se-
pulcro requieuit. **N**am parua aut par-
uipendenda est pars ista requieitionis.

Folium

requies sepulcri: requies corporis sepulti
Non utiq; parua sed magna: multumq;
omni humano genere p̄cua. oportebat
nanq; per tribuanaz defuncti hominis se-
pulturam placari diuinitatis trinitatē ca-
tenus humano generi offensam. & per se-
pulturaz vnus iusti: corpore quoq; resur-
rectionem nobis omnibus compari. cau-
sam istam rite perpendenti valde placere
debet cōsiliū verbi domini: verbi quod
taliter i lege p̄cucurrit per os moysi qm̄
inquit. **Deutro. xxi.** Peccauerit homo
quod morte plectendū est & adiudicatus
morti appensus fuerit in patibulo: non
permanebit cadaver eius in ligno: sed in
eadē die sepeliet: quia maledictus a deo
est qui pendet in ligno: & nequaq; conta-
minabis terrā tuā quam & dominus deus
tuus dederit tibi in possessione. **Que nā**
est intentio legis: imo spiritus sancti tale p̄
legem decretum decernentis: nisi vt dum
ex legis p̄cepto sepeliuntur omnes qui
cunq; fuissent in patibulo appēsi: quantū
cunq; rei: quantumuis morte digni. con-
sequerentur istū quoq; cuius sepultura mō
erat necessaria non liceret insepultum re-
linqui. alioquin cur delapidatis siue alia
quacunq; vi propter scelera sua pemptis
oīno taceret: & solis in patibulo appensis
sepulture beneficia decerneret. **Sinul cō-**
sidera q̄ sapienter hanc ipsaz ne impij vi-
derent intentionem abscondit dicendo: qz
maledictus a deo est qui pendet in ligno:
& nequaq; contaminabis terrā tuā quā
dominus deus tuus dederit tibi in posses-
sionem. **Quid enim.** nunquid terra quaz
hic intelligūt impij magis insepulto q̄ se-
pulto in ventrem suū recepto corpore ali-
quo potest cōtaminari. ergo ioseph iusto
dictum existima sepelies cum qd & fecit:
& nequaq; contaminabis terrā tuā scz
carnem christi carnem deiferā: in posses-
sionem resurrectionis & vite tibi datā. non
contaminabis inquā id est non relinques
insepultam: ne contaminetur aut indigne
habeatur aliquo accessu indignatū eius-
modi qualibet insepultura corpora solent
attractari. **Et illi quidez insipientes & ma-**
ligni nescientes sacrameta dei sepeliri illū

xcviij

qz morientibus etiā sanctis optabile erat
equanimiter tulerunt contenti fecisse illū
quali maledictū lege dicente: quia male-
dictus a deo est qui p̄det in ligno: sed iu-
stificatur sapientia a filiis suis: quia bene
consulta lex sapientie satisfecit qz non pro-
pter penam: sed propter culpam quencq;
sub maledicto cōstituit. **Non eni hic solā**
penam in causa posuit: sed culpā p̄miserit
p̄missio nāq; quando peccauerit homo
qz morte plectendū est. tunc demum sub-
iunxit. & adiudicatus morti appensus fu-
erit in patibulo. sed & illud non leuiter at-
tendendum qz taliter dixit. qz maledictus
a deo est qui pendet in ligno: quīs apo-
stolus grecis scribens: et pro necessitate
temporis translationem. lxx. interpretum
que apud illos iam dudū accepta fuerat
sequens dixerit. **Maledictus omnis qui**
pendet in ligno ad **Gal. iij**

De causa illa in deuteronio: qz ma-
ledictus a deo est qui pendet in ligno.

Capitulum. xxv.

Stilis liquet:

Squia translationis vtriusq; nō
nulla distantia est. sed quanta
ex tribus litere diuersitatibus conici p̄t:
nam in greco oīs additur qd in hebraico
nō habetur. eōtra in hebraico habemus
a deo & substantiuum verbum est que in
greco non habetur. **Itaqz quid de male-**
dicto senserint impij volentes in illo de-
struere laudez quam ex ore infantium &
lactentiū audierant p̄dicatam versiculo
Psal. cxvij. **M**anna benedictus qui
venit in noie domi **Johan. xij.** **M**os
quidem sciamus quia sic senserunt quos
modo sentire voluerunt quos excecavit
malicia eorum: sed nihilominus in laudē
suscipiamus quod dictum est. quia male-
dictus a deo est qui p̄det in ligno: vt sit
sensus. **Deutro. xxi.** **O**mnis quidem
qui peccauit quod morte plectendum est
& adiudicatus morti et p̄det in ligno ma-
ledictus est. subaudit a peccato suo. **Hic**
autē vnus qui adiudicatus quidē morti
fuit & in ligno pependit: sed quod morte

Liber

plectendū esset nō peccauit: imo nullum vniq̄ peccatū fecit non a peccato suo maledictus: sed a deo sans est afflicus tanq̄ maledictus id est tanq̄ p̄tor. z nō quide vere peccator: sed vere p̄ta portans omnium: quia deus inquit ysaias posuit i eo iniquitates omnium nostrū. Ad sūmum hoc dixerim: non facile in sanctis scriptis posse reperiri q̄ signanter quisq̄ maledictus a deo esse dicatur: p̄ter hunc locū vbi sic dictū est. maledictus a deo est qui pendet in ligno. quod si illud obicit quis: q̄ iam deus idem dicat. nunc igitur maledictus eris super terraz: siue ad ipsum serpente: quia fecisti hoc maledictus eris inter oīa animantia z bestias terre. Sciendum quia nūq̄ additum est a me cau teq̄ discernendū q̄ aliud sit maledicere: atq̄ aliud maledictum demonstrare. solū nanq̄ peccatū maledictio est. quia vniq̄ a deo nō est. igitur qui maledictus a deo est iuxta hunc sensum vnus est in quē vt iam dictum est posuit deus oīm nostrum iniquitates que veraciter sunt maledictiones cōmutatione facta cōmutatiōe gratiosa vt nostras portās vel suscipiens sup se maledictiones suaz benedictionē daret quod vere a deo est.

De tristitia mulieris tristitiā habētis cum parit. et de sabbato domini quo requieuit **Capitulum. xxvj.**

Posterea deuoratus esse putabatur filius masculus: z sup hoc tristitiam habebat sepedita mulier que illum pepererat z contristabatur pene in consolabiliter in paucis illis qui adhuc in carne viuēbant. quiq̄ illius beate mulieris pars magna quā pauci numero exstebant. Quapropter ipse predixerat illis tristitiam ipsorū bono fine consumandaz fm similitudinem hanc **Ioban. xvj**
Mulier cum parit tristitiaz habet quia venit hora eius. Cum autē peperit puerū iam non meminit pressure p̄pter gaudiū quia natus est homo in mundum. naz ad quid hoc dixerit confestim exposuit. Et vos igitur nunc quidē tristitiam habetis iter um autēz videbo vos z gaudebit cor

Duodecimus

vestrum: z gaudiū vestrum nemo tollet a vobis. Deuoratus iniquā esse putabaf z illis tristitiaz habentibus: homicide illi mēbra vniq̄ draconis sepediti gaudebāt z fortassis sicut alibi de eiusmodi scriptū est gaudentes munera mittebant inuicēz quomodo iste prophetarū maximus cruciauit eos. nam grauis erat illis etiā ad videndum. nunc autē mortuus z sepultus sic iacebat. vt etiā lapide signato: lapide valde magno sup cum posito: putcus sepulcri eius esset clausus z obstructus ne resurgeret. ne vel illuc anima introire ad corpus: aut etiā si reuixisset posset inde proreperere corpus adhibitis etiā custodiis propter discipulos eius. At ille habitans in celis irridebat eos z subsannabat eos: sed interim sabbatizabat id est re quiescebat vt leo: z q̄si leena securus de preda sua: q̄ mortuos eripuerat: z mortē captiuam tenebat. Et leo inquit z quasi leena nimirum: quia deus homo in vna eademq̄ persona fm diuinā naturā leo: de quo z alibi scriptū est **Amos. iij**
Leo rugiet quis nō timebit. dominus deus locutus est. quis nō p̄phetabit. porro fm naturam humanam paulo ante: ouis dum duceretur ad imolandum. nunc autē ex quo dixit. Consumatum est. iam leena erat. leena fera que catulos suos id ē oēs electos quos eterne vite suo sanguine pepererat in cubili suo: componebat in paradiso suo lactabat anima: foris z libera statim post sabbatum ad carnes suam reditura eamq̄ catulis suis repositura cuius de visidē nimirum catulis illis copiosior manare habebat: z nunc manat vitalis lactis alimonia. Pulcrum erat inter illud sabbatum in illud respiciens de quo in creatura mundi scriptū fuerat **Gen. ij
Et requieuit deus die septimo ab omni opere suo qd̄ pararat. qui tūc sex diebus creaturā mundi perfecit z in septimo requieuit. Ipse est qui prima sabbati quaz dominica diez dicimus ciuitatē ingressus z sexta die tandem mortuus ob regenerandam creaturam humanā: septima die in sepulcro fm carne requiescebat. in paradiso requiescente anima.**

Folium

De resurrectionis eius gloria. Juxta illud in dauid. Exurge gloria mea: exurge psalterium & cythara.

Capitulum. xxvij.

Venit hora de

qua dixerat ipse quodam loco iudeis. **Venit hora ut clarificetur filius hominis. Johan. xij. Venit inquam illa hora cum precomio verbi ex ore patris ita personantis in dauid. Exurge gloria mea exurge psalterium & cythara. Quod erat illud psalterium: vel que cythara. Unum idemque corpus in seipso quiescens erat psalterium: erat cythara. Erat cythara quam discitis caritatis frivolis personantem: dulcesque predicationis sonos medulantem iudei confregerat. At illa factura cythare illi causa fiebat augmenti: causa successus optimi ut surgeret psalterium decacordum id est psalterium dulcisonum nunquam frangendum semper confessionis in populis & psalmi in gemitibus vocem daturum: cuius cordas manus nulla ulterius rumpere posset cuius ligni compages deinceps nulla vis frangere preualeret. Juxta quod ait apostolus **Ad roma. vi. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Nec est gloria dei patris: quia videlicet in hoc opere suo per magnam gloriam habundantiam caritatis. Exurge inquit o gloria mea: exurge psalterium & cythara. Hanc patris vocem: hanc verbi intentionem nunquam non audiebat: nunquam non sentiebat anima illa: sic eodem verbo velut sponsa sponso in terminabili osculo coniuncta irremissibili complexu comera. Plane audiebat: plenarie sentiebat quippe que verbi eiusdem omnia plusquam matronali iure nove rat omnia capiebat. Respondebat itaque cum gaudio. Exurgam diluculo. Quid eiusmodi responsione iocundius. Quid ita respondens corde paratius. Non ergo causa istos lateat esse principium eiusdem psalmi taliter in persona eius insonuerat: paratum cor meum deus paratum cor meum. **o cor quod delectabiliter paratum quod******

rcix

libenter arrectum vel erectum ad suscipiendum divinitatis imperium dulce imperium dicens exurge. Denique hoc est paratum habere cor ita respondere exurgam diluculo. Nunquid vero ad hoc solum erat vel fuerat paratum eius cor. Nimirum & ad obediendum ut moteretur fuerat paratum cor. Omnino fuerat paratum cor: corpus suum dare percutientibus: & genas suas vellentibus faciem suam non avertere: ab increpantibus & conspuentibus: & omnia sustinere usque ad mortem: mortem autem crucis. Ego autem inquit retrosum non abij. Decebat itaque esse paratum cor illud ad respondendum: exurgam diluculo quod fuerat paratum ad obediendum patri suo non parcenti ei propter nos. Non ergo inquam causa nos lateat: cur ita insonuerat psalmi principium: paratum cor meum & cur non contentus semel dixisse dixerit & semel & iterum. Paratum cor meum deus paratum cor meum **Psalmo centesimo. vij.**

Q. iste vir sit de quo dicebat sapientia: vir obediens loquitur victorias:

Capitulum. xxviii.

Sicut vir iste

nunquid est iste de quo sapientia dicebat. Vir obediens loquitur victorias. Denique & si sunt vel fuerunt viri multi obediencie filij. Iste unus vir virtus & singularis cui non fuit nec est. Nec erit alius similis: aut obediens in re simili vel pari. Sic solus in eo vir obediens est quod nullum omnino habens peccatum humiliavit seipsum per voluntatem dei propter peccata aliorum: & usque ad mortem se humiliavit: mortem autem crucis **Philipen. ij.** **Quomodo deceat cum itaque obedientem virum victorias: & ecce loquimur eas locutione ineffabili: locutione sempiterna. Cuiusmodi est locutio illa profecto valde clara: valde sonora: quia ipsa est demonstratio plagarum suarum quas in ipsa suscepit obedientia. Quinque plage eius quasi quinque lingue sunt plagarum suarum cicatrices: idcirco ut corpore suo retinuit & reservavit ut victorias suas sp**

Liber

loquatur illis quasi linguis Cui loquitur
Reuera primum deo patri. Deinde an-
gelis z hominibus sanctis omnibus: cle-
cis omnibus. Videt pater deus: z pul-
cris victoriarum testimonijs delectatur.
Vident angeli z in laudem z glorijs ex-
citantur. Vident homines redempti: z in
gratiarum actiones irremissibiliter exten-
duntur.

De quinq; plagis eius q; signacula
sunt iusticie viri huius obedientis que nos
suscepimus i baptismo eius cruce signati
Capitulum. xxix.

Decimus cum
apostolo z dicentis apostoli sen-
sum intelligimus quia pat. Ab-
raham accepit. z posteris suis tradidit si-
gnum circumcisionis: signaculum iusticie
fidei. Crediderat enim vt fidelis deo dicitur
Gene. xxij. In semine tuo benedi-
centur omnes gentes cum non haberet fi-
lium: iamq; esset senex ipse z vxor eius:
anus z sterilis. Digne rei testimonij
magne illa circumcisio erat fidei signacu-
lum: z magne iusticie palmam ipsi z po-
steris eius declamabat ante deum sue p-
missionis commonefaciens cum ne vnq;
offensus vndelibet subterfugeret dare se-
ntentiam: in quo benedicerentur omnes gen-
tes: dum signaculum illius promissi com-
monitorium videret: fidelemq; ac veracem
ipsum esse deceret. Ecce autem plura hic
signacula: signacula iusticie ac fidei: scilicet
plage quinq; quas pro conditione sa-
luis humane iste vir obediens suscepit:
vir iustus z fidelis. Pro conditione inq;
salutis humane: quia profecto talem con-
ditionem propositam sibi in propheta no-
nesciebat ipse. **Pla. liij.** Si posuerit p-
peccato animam suam videbit semen io-
geum: z voluntas domini in manu eius
videbit z saturabitur. In scientia sua iu-
stificabit ipse iustus seruos meos mltos
z iniquitates eorum ipse portabit. Nonne
igitur nobis posteris eius iure palmam
iustificationis z salutis siue saluationis in
sta diuinitas concedit: cum videat no vnum

Tridecimus

tantum signaculum aut signaculum iusticie
vulnus: vt fuit vulnus circumcisionis: sed
quinq; vulnera iusti vapulatus quicquid
quinq; sensibus suis nostra caro deliquit.
Nam signacula hec iusticie vel fidei nos
in baptismo suauiter suscipimus que ipse
penaliter suscepit: z sicut cum vnus sig-
naculi: id e circumcisions testimonio ex-
pectabatur ad redimendos homines ven-
turus: ita nunc a nobis cum quinq; pla-
garum id est crucis frontibus nostris im-
presse signaculo expectatur ad iudicandus
vivos z mortuos rediturus

Incipit liber tre-

decimus. **Quomodo** rapus sit filius
mulieris ad deum z thronum eius: z dra-
co qui querbat cum deuorare est iustus
Apocalip. xij.

Capitulum primum

Ecce quo-
modo illusus est draco
ille qui per tot annos: p-
tot generationes stetit a-
te mulierem que erat pa-
ritura: vt cum peperisset filium eius de-
uoraret illusus est quia quem paritura e-
rat mulier peperit: z rapus est filius ei-
us ad deum z ad thronum eius. **Quomo-
do** rapus est. Quis rapuit. Rapus e so-
lus dolozibus inferni iuria quod impos-
sibile erat teneri verbu ab eo. Rapuit eni
deus: suscitans cum deus: dei verbum ra-
puit cum ad patrem deum. Unde rapuit
de claustris inferni: de sub grandi lapi-
de sepulcri. Subtus lapidem misit deus
manum suam: tulit deus verbum suum:
z rapuit corpus illud corpus redimuum
tam facile de clauso q; facile potuisset ra-
pere de non clauso vel patente sepulcro.
D stulti z ceci qui dicebat se cognoscere
deum z ponebant lapidem contra deum
Si enim cognouissent dominum deum:
nunq; vnum lapidem mutui dei resistere
posse sperassent: est aiebat ille. **Mo. vij.**
pater meus qui glorificat me quem vos